



**LIBRI || OFFICIALIS || SIVE AGENDAE S.|| TREVERENSIS  
ECCLESIAE PARS || POSTERIOR, IN QVA IAM PRIDEM  
RECEPTI ET || longa consuetudine confirmati  
Catholico-||rum ritus, quasi in vnum corpus ...**

**Jakob <III., Trier, Erzbischof>**

**Trevorum, 1576**


**VD16 ZV 206**

Officia defunctorum. &c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75472)

# VIGILIAE MORTVORVM.



**D**ilexi, quoniã exaudiet Dominus: vocẽ orationis meę.

**Q**uia inclinavit aurẽ suã mihi: & in diebus meis inuocabo.

**Ant. Placebo.** **C**ircũdiderũt me dolores mortis: & pericula inferni inuenerunt me.

**T**ribulationẽ & dolorẽ inueni: & nomẽ dõĩ inuocaui.

**O** Domine libera animam meam, misericors Dominus & iustus: & Deus noster miseretur. (mc.)

**G**ustodiẽs paruulos Dõs: humiliat<sup>9</sup> sum, est liberauit

**C**onuertere anima mea in requiem tuam: quia Dominus benefecit tibi.

**Q**uia eripuit animam meam de morte oculos meos a lachrimis: pedes meos a lapsu.


**P**lacebo domino: in regione viuorum.

**R**equiẽ aternã dona eis dõc: & lux perpetua luceat eis.

*Sic dicitur in fine omnium psalmorum*



**P**lacebo Domino in regione viuorum.



**Antipho. Heu mihi. Euouae.**

**Y 4 Ad Domi-**



**A**d Dominū cū tribularer clamaui: & exaudiuit me.  
**D**omine libera animam meam a labijs iniquis: &  
 a lingua dolosa.

**Q**uid detur tibi: aut quid apponatur tibi, ad linguam  
 dolosam?

**S**agittæ potentis acutæ: cum carbonibus defolatorijs.

**H**eu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habi-  
 tauit cum habitantibus Cedar: multū incola fuit ani-  
 ma mea.

**C**um his qui oderunt pacem eram pacificus: cum lo-  
 quebar illis impugnabant me gratis.

**R**equiem æternam dona eis domine: & lux. &c.

**H**eu mihi quia inco latus meus

pro longatus est. **Antipho. Dominus**

**Euouae.**

**Leuavi**



**L**euauit oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi.

**A**uxilium meum a Domino: qui fecit cœlū & terram.

**N**on det in commotionem pedem tuum: neq; dormitet qui custodit te.

**E**cce non dormitabit neq; dormiet: q custodit Israel.

**D**ominus custodit te, Dominus protectio tua: super manum dexteram tuam.

**P**er diem sol non vret te: neq; luna per noctem.

**D**ominus custodit te ab omni malo: custodiat animā tuam Dominus.

**D**ominus custodiat introitum tuum & exitum tuum: ex hoc nunc & vsq; in sæculum.

**R**equiem æternam dona eis Domine: & lux. &c.

**D**ominus custodit te ab omni ma-

lo, custodiat animam tuam Dominus

**Antiphona** Si iniquitates **Euouae.**

**D**epro-



**D**e profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

**F**iant aures tuæ intēdentes: in vocē deprecationis mee.

**S**i iniquitates obseruaueris Domine: Domine quis sustinebit?

**Q**uia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te Domine.

**S**ustinuit anima mea in verbo ei⁹: sperauit anima mea in domino.

**A**c custodia matutina usque ad noctē: speret Israel in dō.

**Q**uia apud Dominum misericordia: & copiosa apud eum redēptio.

**E**t ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus eius.

**R**equiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua.



## Mortuorum.

263

**C**onfitebor tibi Domine in toto corde meo: quoniam audisti verba oris mei.

**I**n conspectu angelorum psallam tibi: adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

**S**uper misericordia tua, & veritate tua: quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum.

**I**n quacunq; die inuocauero te, exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem.

**C**onfiteantur tibi Domine omnes reges terræ: quoniam audierunt omnia verba oris tui.

**E**t cātēt in vijs Domini: quoniā magna est gloria Dōi.

**Q**uoniam excelsus Dominus, & humilia respicit: & alta a longe cognoscit.

**S**i ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me: & super iram inimicorum meorum extendisti manū tuam: & saluum me fecit dextera tua.

**D**ominus retribuet pro me, Domine misericordia tua in sæculum: opera manuum tuarum ne despicias.

**R**equiem æternam dona eis Domine: & lux. &c.

**O**pera manuum tuarum ne despicias.

**Verf.** A porta inferi.

**Resp.** Erue domine animas eorum.

**Antiphona.** **O**mne **Euouae.**  
**M**agnifi-







In primo

nocturno.

non eij ciam foras **Dirige E.****V**erba mea auribus percipe Domine : intellige clamorem meum.**I**ntende voci orationis meæ : rex meus & Deus meus,**Q**uoniam ad te orabo Domine : mane exaudies vocem meam.**M**ane astabo tibi & videbo : quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.**N**eque habitabit iuxta te malignus : neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.**O**disti omnes qui operantur iniquitatem : perdes omnes qui loquuntur mendacium.**V**irum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus : ego autem in multitudine misericordiae tuae.**I**ntroibo in domum tuam : adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.**D**omine deduc me in iustitia tua propter inimicos meos : dirige in conspectu tuo viam meam.**Q**uoniam non est in ore eorum veritas : cor eorum vanum est.**S**epulchrum patens est guttur eorum : linguis suis dolose agebant iudica illos Deus.**D**ecidant a cogitationibus suis secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos : quoniam irritaverunt**X Z**



uerunt te Domine.

**E**t letentur omnes qui sperant in te, in aeternum exultabunt: & habitabis in eis.

**E**t gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iusto.

**D**omine ut scuto bonae voluntatis tuae: coronasti nos.

**R**equiem aeternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis.

**D**irige Domine Deus meus in

conspectu tuo viam meam.

**Antiphona. Conuertere. Euauoae.**

**D**omine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripas me.

**M**iserere mei Domine quoniam infirmus sum: sana me Domine quoniam conturbata sunt ossa mea.

**E**t ani-



Et anima mea turbata est valde: sed tu Domine vsque-  
quo:

**C**onuertere Domine; & eripe animã meam: saluum  
me fac propter misericordiam tuam.

**Q**uoniam non est in morte qui memor sit tui: in in-  
ferno autem quis confitebitur tibi?

**L**aborauit in gemitu meo, lauabo per singulas noctes  
lectum meum: lachrymis meis stratum meũ rigabo.

**T**urbatus est a furore oculus meus: inueteraui inter  
omnes inimicos meos.

**D**iscedite a me omnes qui operamini iniquitatem,  
quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei.

**E**xaudiuit Dominus deprecationem meam: Domi-  
nus orationem meam suscepit.

**E**rubescant & conturbentur vehementer omnes ini-  
mici mei: conuertantur & erubescant valde velociter.

**R**equiem æternam dona eis Domine: & lux perpe-  
tua luceat eis.

**C**onuertere Do mine & eripe

animam meam quoniam non est  
Z X 2 in mor-



in morte qui memor sit tui.

**Antiphona. Nequando. Euouae.**

**D**omine Deus meus in te speravi saluum me fac: ex omnibus persequentibus me; & libera me.

**N**equando rapiat vt leo animam meam: dum non est qui redimat, neque qui saluum faciat.

**D**omine Deus meus si feci istud: si est iniquitas in manibus meis.

**S**i reddidi retribuendis mihi mala: decidam merito ab inimicis meis inanis.

**P**ersequatur inimicus animam meam: & comprehendat, & conculcet in terra vitam meam: & gloriam meam in puluerem deducat.

**E**xurge Domine in ira tua: & exaltare in finibus inimicorum meorum.

**E**t exurge Domine Deus meus in praecepto quod mandasti: & synagoga populorum circundabit te.

**E**t propter hanc in altum regredere: Dominus iudicat populos.

**Iudica**



**I**udica me Domine secundum iustitiam meam : & secundum innocentiam meam super me.

**C**onsumetur nequitia peccatorum; & diriges iustum: scrutans corda, & renes Deus.

**I**ustum adiutorium meum a Domino : qui saluos facit rectos corde.

**D**eus iudex iustus, fortis, & patiens : nunquid irascitur per singulos dies?

**N**isi conuersi fueritis gladium suum vibrauit : arcum suum tetendit, & parauit illum.

**E**t in eo parauit vasa mortis : sagittas suas ardentibus effecit.

**E**cce parturit iniustitiam, concepit dolorem : & peperit iniquitatem.

**L**acum aperuit, & effodit eum : & incidit in foueam, quam fecit.

**C**onuertetur dolor eius in caput eius : & in verticem ipsius iniquitas eius descendet.

**C**onfitebor Domino secundum iustitiã eius : & psallam nomini Domini altissimi.

**R**equiem æternam dona eis Domine : & lux perpetua luceat eis.

---

---

---

---

**N**equando rapiat vt leo animam

**Z** 3 meam



meam dum non est qui redi-

mat neque qui saluum faciat.

**Versic.** Dirige domine Deus meus.

**Respo.** In conspectu tuo viam meam.

*Pater noster, secreto. Lectiones leguntur sine ab-  
solutione, benedictionibus, & titulo.*

**Lectio prima. Iob 7.**

**P**arce mihi domine: nihil enim sunt dies mei. Quid est homo quia magnificas eum: aut quid apponis erga eum cor tuum: Visitas eum diluculo: & subito probas illum. Usquequo non parcis mihi, nec dimittis me, vt glutia saliuam meam: Peccaui. Quid faciam tibi o custos hominum: Quare posuisti me contrarium tibi: & factus sum mihi metipso grauis: Cur non tollis peccatum meum, & quare non auferis iniquitatem meam: Ecce nunc in puluere dormio & si mane me quaesieris non subsistam. **Sic terminatur lectio sine, Tu autem Respon.**



Respo.

**C**redo quod redemptor meus

viuit, & in nouissimo die de

terra surrecturus sum, & in

carne mea uidebor Deum

Saluatum meum.

**Z** 4 **Verfic.**



Verfic.

Quem uisurus sum ego ipse,

& non alius, & oculi mei

conspicere sunt. **Saluatorem.**

**Lectio secunda. Iob 10.**

**T**edet animam meam vitæ meæ : dimittam aduersum me eloquium meum. Loquar in amaritudine animæ meæ : dicam Deo, noli me condemnare. Indica mihi : cur me ita iudices : nunquid bonum tibi videtur si calumniaris me : & opprimas me opus manuum tuarum : & concilium impiorum adiuues : Nunquid oculi carni tibi sunt : aut sicut videt homo & tu videbis : Nunquid sicut dies hominis dies tui : Et anni tui sicut humana sunt tempora, ut quæras iniquitatem meam : & peccatum meum scruteris : Et scias quia nihil impium fecerim, cum sit nemo qui de manu tua possit eruere.

**Respon.**



Resp.

**Q**ui La zarum resuscita sti a

monumento gi foeti dum. Tu

is Domine dona requi em,

& locum indul genti æ.

Verfi.

**Q**ui venturus es iudicare  
vivos



viuos & mortu os & fa cu

lum per ig nem. Tu

e is Do mine dona.

Lectio tertia. Iob 10.

**M**anus tuæ Domine fecerunt me & plasmaverunt me totū in circuitu : & sic repente precipitas me : Memento quæso quod sicut lutum feceris me : & in puluerem reduces me. nonne sicut lac mulstisti me, & sicut caseum me coagulasti : Pelle & carnibus vestisti me : ossibus & nervis compegisti me . Vitam & misericordiam tribuisti mihi : & visitatio tua custodivit spiritum meum .

Respon.



Resp.

**R**equiem æ ter nam dona

e is Domine. **E**t lux

perpetua luceat e is.

Versi.

**Q**ui Lazarum resuscitasti a monu-

mento facti dum, tu e is Domine  
dona



In Noctur-  
no.

do b na re qui em

**Et Antiphona. In loco. Euouae.**

**D**ominus regit me & nihil mihi deerit: in loco pas-  
cuæ ibi me collocauit.

**S**uper aquam refectionis educauit me: animam me-  
am conuertit.

**D**eduxit me super semitas iustitiæ: propter nomē suū.  
**N**am & si ambulauero in medio vmbrae mortis, non  
timebo mala: quoniam tu mecum es.

**V**irga tua & baculus tuus: ipsa me consolata sunt.

**P**arasti in conspectu meo mensam: aduersus eos qui  
tribulant me.

**I**mpinguasti in oleo caput meum: & calix meus ine-  
brians quam preclarus est.

**E**t misericordia tua subsequetur me: omnibus diebus  
vitæ meæ.

**E**t vt inhabitē in domo Domini: in longitudine die-  
rum.

**R**equiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua  
luceat eis.

In loco



**I**n loco pascuæ ibi me collocauit.

**Antiphona. Delicta. Euouae.**

**A**d te Domine leuavi animam meam : Deus meus  
in te confido, non erubescam.

**N**eque irrideant me inimici mei : etenim vniuersi qui  
sustinent te, non confundentur.

**C**onfundantur omnes iniqua agentes: superuacue.

Vias tuas Domine demonstra mihi : & semitas tuas e-  
doce me.

**D**irige me in veritate tua, & doce me, quia tu es Deus  
saluator meus : & te sustinui tota die.

**R**eminiscere miserationum tuarum Domine . & mi-  
sericordiarum tuarum, quæ a sæculo sunt.

**D**elicta iuuentutis meæ : & ignorantias meas ne me-  
mineris.

**S**ecundum misericordiam tuam memento mei tu ;  
propter bonitatem tuam Domine.

**D**ulcis & rectus Dominus ; propter hoc legem dabit  
delinquentibus in via.

**A a**

**Diriget**



**D**iriget mansuetos in iudicio : docebit mites vias suas.

**V**niuersa via Domini, misericordia: & veritas: requirunt testamentum eius, & testimonia eius.

**P**ropter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo: multum est enim.

**Q**uis est homo qui timet Dominum? legem statuit ei in via quam elegit.

**A**nima eius in bonis demorabitur: & semen eius hæreditabit terram.

**F**irmamentum est Dominus timentibus eum: & testamentum ipsius, vt manifestetur illis.

**O**culi mei semper ad Dominum: quoniã ipse euellet de laqueo pedes meos.

**R**espice in me & miserere mei: quia vnicus & pauper sum ego.

**T**ribulationes cordis mei multiplicatae sunt: de necessitatibus meis erue me.

**V**ide humilitatem meam & laborem meum: & dimitte vniuersa de, licta mea.

**R**espice inimicos meos, quoniã multiplicati sunt: & odio iniquo oderunt me.

**C**ustodi animam meam & erue me: non erubescam quoniam speravi in te.

**I**nnocentes & recti adhæserunt mihi: quia sustinui te.

**L**ibera Deus Israel, ex omnibus tribulationibus suis.

**R**equiem æternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis.

**D**elicta



**D**elicta iuuentutis meæ, & ig-

norantias meas ne memineris.

**Antiph.** Credo videre **E**uouac.

**D**ominus illuminatio mea, & salus mea: quem timebo?

**D**ominus protector vitæ meæ: a quo trepidabo?

**D**ū appropiant super me nocētes: vt edāt carnes meas,

**Q**ui tribulant me inimici mei: ipsi infirmati sunt, & ceciderunt.

**S**i consistant aduerſū me castra: nō timebit cor meū.

**S**i exurgat aduerſum me prelium: in hoc ego sperabo.

**V**nam petij a Domino, hanc requiram: vt inhabitem in domo Domini: omnibus diebus vitæ meæ.

**V**t videam voluntatē Domini: & visitem templū eius.

**Q**uoniā abscondit me in tabernaculo suo: in die malorum protexit me, in abscondito tabernaculi sui.

A a 2 In petra



**I**n petra exaltauit me, & nunc exaltauit caput meum:  
super inimicos meos.

**C**ircuiui, & immolauit in tabernaculo eius hostiam  
vociferationis: cantabo; & psalmū dicam Domino.

**E**xaudi Domine vocem meam qua clamaui ad te: mi-  
ferere mei, & exaudi me.

**T**ibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea: faciem  
tuam Domine requiram.

**N**e auertas faciem tuam a me: & ne declines in ira a  
seruo tuo.

**A**diutor meus esto Domine ne derelinquas me: neq;  
despicias me Deus salutaris meus.

**Q**uoniam Pater meus, & mater mea dereliquerunt  
me: Dominus autem assumpsit me.

**L**egem pone mihi Domine in via tua, & dirige me in  
semita recta: propter inimicos meos.

**N**e tradideris me in animas tribulantium me, quoni-  
am inlurrexerunt in me testes iniqui: & mentita est  
iniquitas sibi.

**C**redo videre bona Domini: in terra uiuentum.

**E**xpecta Dominum, viriliter age, confertetur cor tu-  
& sustine Dominum.

**R**equiem aeternam dona eis Domine: & lux perp. &c.

---



---



---

**C**redo videre bona Domini in  
terra



terra uiuentium.

*Verse.* Delicta Iuuentutis meæ. *Respo.* Et ignorantias meas ne memineris Domine. Pater noster. &c.

**Lectio quarta Iob. 13.**

**R**esponde mihi, quantas habeo iniquitates & peccata, scelera mea atq; delicta ostende mihi. Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum? Contra folium quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris: scribis enim cōtra me amaritudines, & cōsumere me vis peccatis adolescentiæ meæ. Posuisti in neruo pedē meū, & obseruasti omnes semitas meas, & uestigia pedū meorū considerasti. Qui quasi putredo consumēdus sum, & quasi uestimentum quod comeditur a tinea.

*Respo.*

**D**omine quando ueneris iudicare

re ter ram v bi me abscon dam

A a 3 a vul.



a vultu iræ tuæ. **Q**uia pecca-

ui nimis in vita mea.

**Vetfic.**

**C**ommissa mea Domine pa-

uesco, & ante te e rubef co dū ve-

neris iudicare noli me cōdēna re.

**Q**uia.

**Lectio**



## Lectio quinta Iob. 41.

**H**omo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs. Qui quasi flos egreditur & conteritur: & fugit velut vmbra, & nunquam in eodē statu permanet. & dignum ducis super huiusmodi aperire oculos tuos: & adducere eum tecū in iudicium? Quis potest facere mundū de immundo conceptum femine? Nonne tu qui solus es? Breues dies hominis sunt; numerus mensium eius apud te est. Constituisti terminos eius, qui præteriri nō poterunt. Recede ergo paululū ab eo, vt quiescat donec oprata veniat & sicut mecenarij dies eius.

*Respo.*

**H**eu mihi Domine quia pec-

ca ui nimis in vita me a quid faciā

mi ser? v bi fugiam nisi ad te Deus

A a 4 meus



me us mise re re me. i. **D**um

veneris in nouissimo di e.

*Vetfic.*

**A**ni ma mea turbata est val-

de sed tu Domine sue cur-

re e i. **D**um veneris.

*Lectio*



## Lectio sexta Iob. 14.

**Q**uis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me: & abscondas me donec pertrāseat furor tuus? & constituas mihi tempus in quo recorderis mei? putasne mortuus homo rursus viuet? cunctis diebus, quibus nunc milito, exspecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me, & ego respondebo tibi: Operi manuum tuarum porriges dextram, Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis.

Respo.

**N**e recorde ris peccata me a

Do mi ne.

**D**um veneris iudicare  
sæculum



fæ cu lum per ig nem.

Verfic.

**D**i rige Do mine Deus

me us in conspectu tuo viam

In tertio  
noctur-  
no.

me am **D**um. **Antiph.**

**N**e derelinquas me. **E**uouae.

**D**omine ne in furore tuo arguas me: neque in ira  
tua corripas me.

**Q**uonia



**Q**uoniam fagitte tuæ infixæ sunt mihi: & confirma-  
sti super me manum tuam.

**N**on est sanitas in carne mea, a facie iræ tuæ: non est  
pax ossibus meis, a facie peccatorum meorum.

**Q**uoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput me-  
um: & sicut onus graue grauata sunt super me.

**P**utruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ: a facie ir-  
sipientiæ meæ.

**M**iser factus sum & curuatus sum, vsq; in finem: tot  
die contristatus ingrediebar.

**Q**uoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: & non  
est sanitas in carne mea.

**A**fflictus sum & humiliatus sum nimis: rugiebam a ge-  
mitu cordis mei.

**D**omine ante te omne desiderium meum: & gemitus  
meus a te non est absconditus.

**C**or meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea  
& lumen oculorum meorum: & ipsum non est mecum.

**A**mici mei & proximi mei: aduersum me appropinqua-  
uerunt & steterunt.

**E**t qui iuxta me erant, de longe steterunt: & vim faci-  
ebant qui quærebant animam meam.

**E**t qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates:  
& dolos tota die meditabantur.

**E**go autem tanquam surdus non audiebam: & sicut  
mutus non aperiens os suum.

**E**t factus sum sicut homo non audiens: & non habes  
in ore suo redargutiones.

**Q**uoniam in te domine speraui: tu exaudies me Do-  
mine deus meus.

**Q**uia







**S**ana Domine **E**uouae.

**B**eatus qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus.

**D**ominus conferuet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorum eius.

**D**ominus opem ferat illi super lectum doloris eius: vniuersum stratum eius, versasti in infirmitate eius.

**E**go dixi Domine miserere mei: sana animam meam, quia peccaui tibi.

**I**nimici mei dixerunt mala mihi: quando morietur, & peribit nomen eius.

**E**t si ingrediebatur, vt videret, vana loquebatur: cor eius congregauit iniquitatem sibi.

**E**grediebatur foras: & loquebatur in idipsum.

**A**dversum me susurrabant omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi.

**V**erbum iniquum constituerunt aduersum me: nunquid qui dormit, non adiciet vt resurgat?

**E**t enim homo pacis meae, in quo speraui: qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationem.

**T**u autem Domine miserere mei, & resuscita me: & retribuam eis.

**I**n hoc cognoui quoniam voluisti me: quoniam non gaudebit inimicus meus super me.

**B b** **M**e autē



Me autem propter innocentiam suscepisti : & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.

Benedictus Dominus Deus Israhel a sæculo , & in sæculum fiat fiat.

Requiem æternam dona eis Domine : & lux. &c.

**S**ana Domine animam meam quia

peccaui tibi. **Antip.** Sitiuit **Euauoe.**

**Q**uemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum : ita desiderat anima ad te Deus.

Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum : quando veniam & apparebo ante faciem Dei.

Fuerunt mihi lachryme meæ panes die ac nocte : dum citur mihi quotidie, vbi est Deus tuus?

Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam : quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, vsq; ad domum Dei.

In voce exultationis & confessionis : sonus epulantis.

Quare tristis es anima mea : & quare conturbas me?

Spera in Deo quoniam adhuc confitebor illi : salutare vultus mei, & Deus meus.

Ad me



**A**d me ipsū anima mea cōturbata est: ppter ea memor ero tui de terra Jordanis: & hermonij a monte modico.

**A**bysus abyssum inuocat: in voce cataractarū tuarū.

**O**mnia excelsa tua, & fluctus tui: super me transierūt.

**I**n die mandauit Dominus misericordiam suam: & nocte canticum eius.

**A**pud me oratio Deo vitæ meæ: dicam Deo susceptor meus es.

**Q**uare oblitus es mei, & quare contristatus incedo: dum affligit me inimicus.

**D**um confringuntur ossa mea exprobrauerunt mihi: qui tribulant me inimici mei.

**D**um dicunt mihi per singulos dies, vbi est Deus tuus: quare tristis es anima mea: & quare conturbas me:

**S**pera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus,

**R**equiem æternam dona eis Domine: & lux per. &c.

**S**itiuit anima mea ad deū fontē viuū

quādo veniā & apparebo a te faciē dōi.

**Verfic.** Ego dixi Domine miserere mei. **Respo.** Sana animam meā quia peccaui tibi. **P**ater noster **secreto.**

B b 2 **Lectio**



## Lectio septima Iob. 17.

**S**piritus meus attenuabitur, dies mei breuiabuntur,  
 & solum mihi superest sepulchrum. Non peccaui,  
 & in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera  
 me Domine, & pone me iuxta te, & cuiusvis manus  
 pugnet contra me. Dies mei transierunt, cogitationes  
 meae dissipatae sunt, torquentes cor meum. Noctem  
 verterunt in diem, & rursus post tenebras spero lucem.  
 Si sustinuerō infernus domus mea est, & in tenebris  
 fraui lectulum meum. Putredini dixi, Pater meus es:  
 mater mea, & soror mea, vermibus. Vbi ergo nunc est  
 prestolatio mea, & patientia mea? tu es Dōe Deus meus.

Resp.

**P**eccantem me quotidie & non

me penitentem timor mor- tis

conturbat me. **Q**uia in inferno nul-  
 la est



la est re demptio miserere

mei Deus, & salua me. **Respon.**

**Respo.**

**D**eus in nomine tuo saluum

me fac & in virtutæ tua libe-

ra me. **Quia in inferno nulla.**

**B b 3 Lectio**



## Lectio octaua Iob. 19.

**P**elli meæ consumptis carnibus, adhæsit os meum,  
 & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes  
 meos. Misere mei, Misere mei, saltem vos a-  
 mici mei, quia manus domini tetigit me. Quare perse-  
 quimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini.  
 Quis mihi hoc tribuat vt scribantur sermones meis  
 quis mihi det vt exarentur in libro stilo ferreo, vel plū-  
 bi lamina, vel celte sculpātur in filice. Scio enim quod  
 redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra sur-  
 rectorum sum, & rursus circumdabor pelle mea & in  
 carne mea videbo Deum saluatorem meum. Quem  
 visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, &  
 non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo.

Resp.

**R**edemptor me us vi uit, &

in nouissimo resurgam. **E**t renoua-

buntur de nuo ossa mea, & in carne  
 mea



me a videbo Do minum meum.

**Versi.**

**L**auda anima mea Dominum,

laudabo Dominū in vita me a psal-

lā Deo meo quā diu e ro. **E**t re-

**Lectio nona Apoca. 14.**

**L**ectio libri Apocalypsis Beati Ioannis Apostoli. In diebus illis, audiui vocē de cœlo dicentē mihi, scribe: Beati mortui qui in Domino moriuntur, Amodo enim iam dicit spiritus vt requiescant a laboribus suis. Opera enim illorum sequuntur illos.

**B b 4 Libera**



Verfi.

**L**ibera me Do mine, de mor-

te eter na in die illa tremen-

da, **Q**uando cæ li mo uerdi

funt & ter ra **D**um ve neris

iudica re se culū per ig nem.

**D**ies



**D**ies illa dies ira dies calamitatis

& miserie, dies magna & amara valde

**Q**uando. **A**d laudes. **E**xultabunt. **E**.

**M**iserere mei Deus: secundum magam misericordiam tuam.  
Et secundum multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.

**A**mplius laua me ab iniquitate mea: & a peccato meo munda me-

**Q**uoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper.

**T**ibi soli peccaui, & malum coram te feci: ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

**E**cce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea.

**E**cce enim veritatem dilexisti: incerta & occulta sapientie tue manifestasti mihi.

**A**sperges me Domine hyssopo & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor.

**A**udit-



**A**uditui meo dabis gaudium & letitiam : & exultabunt ossa humiliata.

**A**uerte faciem tuam a peccatis meis : & omnes iniquitates meas dele.

**C**or mundum crea in me Deus : & spiritum rectum innoua in uisceribus meis.

**N**e projicias me a facie tua : & spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

**R**edde mihi letitiam salutaris tui : & spiritu principali confirma me.

**D**ocebo iniquos vias tuas : & impij ad te conuertentur.

**L**ibera me de sanguinibus Deus Deus salutis meae : & exultabit lingua mea iustitiam tuam.

**D**omine labia mea aperies : & os meum annunciabit laudem tuam.

**Q**uonia si voluisses sacrificium dedissem : utique holocaustis non delectaberis.

**S**acrificium Deo spiritus contribulatus : cor contritum & humiliatum Deus non despicies.

**B**enigne fac Domine in bona voluntate tua Syon : ut aedificentur muri Hierusalem.

**T**unc acceptabis sacrificium iustitiae, oblationes, & holocausta : tunc imponent super altare tuum vitulos.

**R**equiem aeternam dona eis Domine : & lux perp. &c.

**E**xultabunt Domino ossa humiliata



liata. **Antiph.** Exaudi Domine. **E.**

**T**e decet hymnus Deus in syon : & tibi reddetur votum in Hierusalem.

Exaudi orationem meam : ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum preualuerunt super nos : & impietatibus nostris tu propitiaberis.

Beatus quem elegisti & assumpsisti : inhabitabit in atrijs tuis.

Replebimur in bonis domus tuæ : sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate.

Exaudi nos Deus salutaris noster : spes omnium finium terræ, & in mari longe.

Preparans montes in virtute tua accinctus potentia : qui conturbas profundū maris; sonum fluctuū eius.

Turbabuntur gentes & timebūt, qui habitant terminos a signis tuis: exitus matutini, & vespere delectabis.

Visitasti terram & inebriasti eam : multiplicasti locupletare eam.

Flumen Dei repletum est aquis : parasti cibum illorū: quoniam ita est preparatio eius.

Riuos eius inebrians multiplica genimina eius : in stillicidijs eius letabitur germinans.

Benedices coronæ anni benignitatis tuæ : & campi tui replebuntur vbertate.

**P**ingues-



**P**inguescent speciosa deserti : & exultatione colles accingentur.

**I**nduti sunt arietes ouium , & valles abundabunt frumento : clamabunt, etenim hymnum dicent.

**R**equiem æternam dona eis Domine : & lux perpetua luceat eis.

**E**xaudi Domine orationem meam

ad te omnis caro veniet. **Antipho.**

**M**e suscipit. **E**uouae.

**D**eus Deus meus . ad te de luce vigilo.

**S**itiuit in te anima mea , quam multipliciter tibi caro mea.

**I**n terra deserta, inuia & inaquosa : sic in sancto apparui tibi : vt yiderem virtutem tuam , & gloriam tuam.

**Q**uoniam melior est misericordia tua super vitas : labia mea laudabunt te.

**S**ic bene-



**S**ic benedicam te in vita mea : & in nomine tuo leuabo manus meas.

**S**icut adipe & pinguedine repleatur anima mea : & labijs exultationis laudabit os meum.

**S**ic memor fui tui super stratū meū in matutinis meditabor in te : quia fuisti adiutor meus.

**E**t in velamento alarum tuarum exultabo : adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua.

**I**psi vero in vanum quæsierunt animam meam; introibunt in inferiora terræ : tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt.

**R**ex vero letabitur in Deo, laudabuntur omnes qui iurant in eo : quia obstructum est os loquentium iniqua.

**D**eus misereatur nostri, & benedicat nobis : illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.

**V**t cognoscamus in terra viam tuā : in omnibus gentibus salutare tuum.

**C**onfiteantur tibi populi Deus : confiteantur tibi populi omnes.

**L**etentur & exultent gentes, quoniam iudicas populos in æquitate : & gentes in terra dirigis.

**C**onfiteantur tibi populi Deus confiteantur tibi populi omnes : terra dedit fructum suum.

**B**enedicat nos Deus Deus noster benedicat nos Deus : & metuant eum omnes fines terræ.

**R**equiem æternam dona eis Domine : & lux perpetua luceat eis.

C c Me sus-



**M**e fucee pit dextera tua Do-

mine. **Antip. Er**uisti Domine **E**uo.

**E**go dixi in dimidio dierum meorum, vadā ad portas inferi; quēsiui residuum annōrum meorum.

**D**ixi non videbo Dominū Deum in terra viuentium non aspiciam hominem vltra, & habitatorem quietis.

**G**eneratio mea ablata est, & conuoluta est a me: quasi tabernacula pastorum.

**P**recisa est velut a texente vita mea; dum adhuc ordiret succidit me: de mane vsq; ad vesperam finies me.

**S**perabam vsq; ad mane: quasi leo sic contriuit omnia ossa mea.

**D**e mane vsq; ad vesperā finies me: sicut pullus hyrundinis sic clamabo; meditabor vt columba.

**A**ttenuati sunt oculi mei: suspicientes in excelsis.

**D**omine vim patior responde pro me: quid dicam, aut quid respondebit mihi; cum ipse fecerim.

**R**ecogitabo tibi omnes annos meos: in amaritudine animæ meæ.

**D**omine si sic viuatur, & in talib⁹ vita spiritus mei: corripies



ripies me, & viuificabis me: ecce in pace amaritudo  
mea amarissima.

**T**u autem eruisti animam meam, vt non periret: pro-  
iecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

**Q**uia non infernus confitebitur tibi, neq; mors lauda-  
bit te: non expectabunt qui descendunt in lacum ve-  
ritatem tuam.

**V**iuens viuens confitebitur tibi sicut & ego hodie: pa-  
ter filijs notam faciet veritatem tuam.

**D**omine saluum me fac, & psalmos nostros cantabi-  
mus cunctis diebus vitæ nostræ, in domo Domini.

**R**equiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua  
luceat eis.

**E**ruisti Domine animas eorum ne

perirēt **Antip.** Omnis spiritus. **E**uo.

**L**audate Dominū de cœlis: laudate eum in excelsis:

**L**audate eum omnes angeli eius: laudate eum  
omnes virtutes eius.

**L**audate eum sol & luna: laudate eum omnes stellæ  
& lumen.

**C c 2** **L**audate



**L**audate eum cœli cœlorū, & aquæ quæ super cœlos sunt: laudent nomen Domini.

**Q**uia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.

**S**tatuit ea in æternum & in sæculum sæculi: præceptum posuit, & non præteribit.

**L**audate Dominū de terra: dracones & omnes abyssi.

**I**gnis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: quæ faciunt verbum eius.

**M**ontes & omnes colles: ligna fructifera, & omnes cedri.

**B**estiarū & vniuersa pecora: serpētes & volucres pēnatę.

**R**eges terrę, & omnes populi: principes, & omnes iudices terrę.

**I**uuenes & virgines, senes cum iunioribus laudent nomen Domini: quia exaltatum est nomen eius solius.

**C**onfessio eius super cœlum & terram: & exaltauit cornu populi sui.

**H**ymnus omnibus sanctis eius filijs Israhel: populo appropinquanti sibi.

**C**antate Domino canticum nouum: laus eius in Ecclesia sanctorum.

**L**etetur Israel in eo qui fecit eū: & filiarū Syon exultent in rege suo.

**L**audent nomen eius in choro: in tympano & psalterio psallant ei.

**Q**uia beneplacitum est Domino in populo suo; & exaltauit mansuetos in salutem.

**E**xultabūt sancti in gloria: letabūtur in cubilibus suis.

**E**xulta-



**E**xultationes Dei in gutture eorum: & gladij ancipites in manibus eorum.

**A**d faciendam vindictam in nationibus: increpationibus in populis.

**A**d alligandos reges eorum in compedibus: & nobiles eorum in manicis ferreis.

**V**t faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hæc est omnibus sanctis eius.

**L**audate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.

**L**audate eum in sono tubæ: laudate eum in psalterio & cythara.

**L**audate eum in tympano & choro: laudate eum in chordis & organo.

**L**audate eum in cymbalis benesonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet Dominum.

**R**equiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis.

**O**mnis spiritus laudet Dominum

**Versic.** In memoria æterna erunt iusti.

**Respo.** Et ab auditione mala non timebunt.

C c 3

Ad



**A**d Bened. **Ant.** **E**go sum. **E**uouae.

**B**enedictus Dominus Deus Israel : quia visitauit & fecit redemptionem plebis suae.

**E**t erexit cornu salutis nobis: in domo Dauid pueri sui. **S**icut locutus est per os sanctorum : qui a saeculo sunt, Prophetarum eius.

**S**alutem ex inimicis nostris : & de manu omnium, qui oderunt nos.

**A**d faciendam misericordiam cum patribus nostris: & memorari testamenti sui sancti.

**I**usiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum daturum se nobis.

**V**t sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati: seruiamus illi.

**I**n sanctitate & iustitia coram ipso: omnibus diebus nostris. **E**t tu puer Propheta altissimi vocaberis : praebis enim ante faciem Domini parare vias eius.

**A**d dandam scientiam salutis plebi eius: in remissione peccatorum eorum.

**P**er viscera misericordiae Dei nostri: in quibus visitauit nos oriens ex alto.

**I**lluminare his, qui in tenebris & in umbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

**R**equiem aeternam dona eis: Domine & lux perpetua luceat eis.

DA

**E**go sum



**E**go sum resurrectio & vita, qui cre-

dit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet

& omnis qui viuit, & credit in me:

non morietur in æternum.

**K**yrie eleyson. **C**hriste eleyson. **K**yrie eleyson.

**P**ater noster. **Secreto. Versic.** Et ne nos inducas. &c.

**Respon.** Sed libera nos a malo.

**versic.** Oremus pro fidelibus defunctis. **Responsio.**

Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua

luceat eis. **Versic.** Requiescant in pace. **Resp.** Amen.

**Versic.**



**Verfic** A porta inferi. **Respo.** Erue Domine animas eorum. **Verfic.** Domine exaudi orationem meam. **Respo.** Et clamor meus ad te veniat. **Verfic.** Dominus vobiscum. **Respo.** Et cum spiritu tuo.

**Collecta pro congregatione.**

**O**remus. Deus veniæ largitor, & humanæ salutis amator; quæsumus clemenciam tuam, ut nostræ congregationis fratres & sorores, familiares & benefactores nostros, qui ex hoc sæculo transierunt, beata Maria semper virgine intercedente, cum omnibus sanctis, ad perpetuæ beatitudinis consortiū pervenire concedas. Per Dominum nostrum Iesum Christum. &c.

**In die depositionis defuncti Collecta.**

**O**remus. Adesto, quæsumus Domine, animæ famuli tui, cui in die depositionis suæ, officium commemorationis impendimus, ut quæcunq; ei secularis macula inhefit, aut vitium mundale infecit, dono tuæ pietatis indulgeas Per Dominum nostrum. &c.

**In die de-**



In anniuersario vnus Collecta.

Oremus. Deus indulgētiarū Domine, da famulo tuo cuius anniuersarium depositionis diem commemoramus, refrigerij sedem, quietis beatitudinem & perpetui luminis claritatem. Per Dominum nostrum. &c.

Episcopo Pro vel sacerdote Collecta.

Oremus. Deus qui inter apostolicos sacerdotes famulū tuū, N. pontificali vel sacerdotali dignitate fecisti vigere; præsta quæsumus, vt eorum perpetuo aggregetur consortio. Per Dominum nostrum Iesum Christum. &c.

Pro sacerdot Collecta.

Oremus. Deus cuius misericordiæ nō est numerus, suscipe preces nostras, pro anima famuli tui sacerdotis; & lucis ei lætitiā, atq; in regione sanctorū tuorum, societate concede. Per Dominum nostrum. &c.

Pro sacer-



**Mortuorum:****Pro sacerdotibus Collecta.**

**O**remus. Deus infinite misericordie  
 suscipe pro animabus famulorum tuo-  
 rum sacerdotum preces nostras; & lu-  
 cis eis letitiæq; in regione sanctorum  
 tuorum societate concede. Per Do-  
 minum nostrum. &c.

**Pro laico defuncto Collecta.**

**O**remus. Omnipotens sempiternæ  
 Deus cui nunquam sine spe misericor-  
 diæ supplicatur: propiciare anime fa-  
 muli tui, vt qui de hac vita, in tui no-  
 minis confessione decessit, sanctorum  
 tuorum numero facias aggregari. Per  
 Dominum nostrum. &c.

**Pro laico Collecta.**

**O**remus. Inclina Domine aurem tuã  
 ad preces nostras, quibus misericordi-  
 am tuã supplices deprecamur: vt ani-  
 mam famuli tui, quam de hoc sæculo  
 migrare



**Mortuorum.**

311

migrare iussisti, in pacis ac lucis regione constituas & sanctorum tuorum, iubeas esse consortem. Per Dominum nostrum Iesum Christum. &c.

**Pro foemina Collecta.**

**O**remus. Quęsumus Domine pro tua pietate miserere anime famule tuę, & a contagijs mortalitatis exutam, in æternę saluationis partem restitue. Per Dominum nostrum. &c.

**Pro his qui in Cemiterijs Collecta.**

**O**remus. Deus in cuius miseratione animę fidelium requiescunt, famulis & famulabus tuis omnibus hic & ubiq; in Christo quiescentibus, da propitius suorum veniam peccatorum, vt a cunctis reatibus absoluti sine fine letentur. Per Dominum nostrum. &c.

**Pro Parentibus Collecta.**

**O**remus. Deus qui nos patrem & matrem honorare precepisti miserere propitius



pitius animabus patris & matris meæ  
& parentum meorum, eorumq; pec-  
cata dimitte, meq; eos in æternę clara-  
tis gaudijs fac videre. Per Dōm. &c.

*Generalis Collecta.*

**O**remus. Fidelium Deus omniū con-  
ditor, & redemptor animabus famulo-  
rum famularumq; tuarū, omniumq;  
fidelium defunctorum remissionem  
cunctorum tribue peccatorum: vt in-  
dulgentiam quam semper optauerunt  
pijs supplicationibus cōsequātur Qui  
cum patre & sancto spiritu viuis & re-  
gnas Deus. Per omnia secula seculorū.

*In anniuersario plurimorum Collecta.*

**O**remus. Deus indulgentiarum Do-  
mine: da fidelibus tuis quorū vel qua-  
rum anniuersarium vel memoriam a-  
gimus, seu beneficia recepimus, refri-  
gerij sedem, quietis beatitudinem, æ-  
terni luminis claritatē. Per Dōm. &c.

**DE ORA.**